



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Bernardi Primi Clarævallensis Abbatis, Ordinis
Cisterciensium Antesignani, melliflui Ecclesiæ Doctoris
Sermones In Dominicas & Festa per annum**

Bernardus <Claraevallensis>

Epigrammata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39254

EPIGRAMMATA.

S. BERNARDUS Überibus B. Virginis Mariæ
lactatus.

UBERA Christe bibis meritò Genitrixia Matri.
Verum Bernardus cur eadémque bibit?
Qui potes à Genito Genitrix famulare mamillis.
Servulo? & O Fili qui tolerare potes?

Gen. 21. Num tibi Bernardus quoque Collactaneus Hæres?
Filius Ancillæ num vice Prolis erit?

Non decet, ut Famulus Matri Domini Uberta lingat;
Sola decet Genitum Virgo Papilla tuum.
Ne stupeas! Bernardus Virgo est: Virginis ergo
Virgineum Famulum Virgo mamilla decet.

Aliud in Idem.

Quid lactas Virgo Bernardum? Filius Evæ est:
Immaculata decent Uberta, sola Deum.
Fallaris, baud etenim Bernardus Filius Evæ,
Sed meus est, toties qui mibi dixit Ave.

S. BERNARDUS è latere CHRISTI sanguine
potatus.

Stipite pendentem Dominum Bernardus adorat,
In sua divinam Vota precatus opem.
Brachia mox Dominus magno molimine solvit.
E cruce, & in servi colla pudica ruit.
Stillat & in labium terebrato è corde cruorem,
I, bibe, ait, roseo dilue labra mero?

Protinus

*Pratinus immersit Bernardus labra crux
Lactea, quæ Matri diluviana dedit.
Quid tibi cum labiis in Lacte & Sanguine tintis?
Ore quid & niveo, Purpureoque madet?
Candidus ait Sponsus sum, sum Rubicundus; & inde Cant. c. 5.
Sanguine Labra rubent, Oraque; Lacte madent.*

Aliud in Idem.

Pocula cur rubeo Bernardus murice tincta
Haurit ab effosso pectori Christe tuo?
Inde ait, hunc roseo lateris de nectare poto,
Quippe crucis Calicem, quem bibi, & ipse babit. Matth. 20:

In melleos Sermones D. BERNARDI.

Melle saporatos loqueris Bernardus liquores;
Depluis Ambrosios per tua labra Cados.
Dum lego, dum relego, & quoties tua scripta revolvo;
Semper in ore meo lingere mella reor.
Vnde tuo dulcis Sermo est, & amabilis Ori?
Vnde tibi tantus Mellis in ore favus?
Est Apis, inquit Volatilibus brevis, ecce Redemptor, Ecli. 112
Dulcia Mella meis indidit ille Labris.

Aliud.

Mellei Sermones S. BERNARDI ope Monasterii
Montis Pomærii in lucem prodeunt.

Mel Bernardinum cur Mons Pomærius offert?
Claræ Vallis ibi mellificavit Apis.

c Aliud

Aliud

In novum typum, seu Sermones noviter recusos
S. BERNARDI

Libat apis de flore favos; tu Carpe recusos;
His pietatis opes mellificare potes.

REVERENDISSIMO ET AMPLISSIMO
DOMINO

D. B E R N A R D O,
Sac. Ord. Cister. Monasterii Montis Pomærii
ABBATI, Sac. Cæf. Majest. Consiliario, nec
non Inclitorum Statuum Superioris Austriæ inter
DD. Prælatos Deputato Ordinario; novi Typi
Sermonum S. BERNARDI Authori,

D. DOMINO SUO GRATIOSISSIMO.

Bernardus Bernardum edit, noviterq; recudit,
Mellifluique novo dat tibi mella typo.
Quisquis eris Lector Sancti; efficeris amator;
Te sua vel virtus, vel sua lingua trahet.
Dat Bernardus opus: dat opes Pomærius Abbas.
Ille tibi calamo consulit, Iste typo.
Gloria sit Divo Bernardo: præmia verò
Sint Nostro; & merito laus quoque magna suo.

JOANNES BAPTISTA MAYR,
Typographus Aulicus & Academicus
occinit honoris ergò.

INDEX